



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia V. Luc. I. Dixit Angelus pastoribus: Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum &c. x.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

SENTENTIA V. *Luce 2.*

Dixit Angelus pastoribus: Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est C H R I S T U S D O M I N U S , in ciuitate David.

PARACLESIS.

CAP. X.
Bernard. Ser.
1. de Epiph.
Dom.

Ioan. 3.

Rom. 8.

CAP. XI.
Bernard.
Ser. 2. & 3.
de Cir. dom.

Quid tam necessarium perditis, quid tam optabile misericordia, quid tam utile desperatis? Nonne desperarem audiens quia venit ille, cuius legem sic prænarratus sum: cuius patientia sic abusus sum: cuius beneficio tam ingratus fui? Quæ verò maior consolatio poterat esse, quam in dulci vocabulo, in nomine consolatorio? Propterea Christus ipse dixit: quia non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum: sed ut saluerit mundus per ipsum. Iam confidenter accedo: iam supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quando SALVATOR venit in domum meam? Ei soli peccavi: donatum erit quicquid indulserit ille. Deus est qui iustificat: qui est qui condemnat? Aut quis accusabit adversus electos Dei?

SENTENTIA VI. *Luce 2.*

Postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer: vocatum est nomen eius I E S U S .

PARACLESIS.

CAP. XII.
Bernard.
Ser. 2. & 3.
de Cir. dom.

Merito dum circunciditur puer, qui natus est nobis, SALVATOR vocatur: quod videlicet ex hoc iam coepit operari salutem nostram; immaculatum illum.